

prius pensione, Sarnierus in compendio signature nu. 84. Paris. conf. 94. num. 12. lib. 4. Joan. Paul. decis. 61. Puteus decis. 9. de pension. Anton. August. de clausul. sine retardatione. &c. num. 6. Caesar de Grassis decis. 8. num. 1. de re iudica. Rota diversorum decis. 301. p. 1. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 20. num. 3. qui testatur, ita fuisse dictum in causa Verull. pensio. 29. Maii & 15. Junii 1587. coram Card. Plato & in Romana de Cineis 23. Junii 1595. coram Mantica, & de eodem anno in alia Burgen. pensionis 24. Novemb. coram Cardin. Blanchetto, aded ut per istam clausulam non possit in causa procedi, etiamsi pensio sit verè soluta, sed tamen de solutione in actis non constat: quia iudex debet esse certus de sua jurisdictione, ita ampliat Marefcot. ubi proxime num. 4. & testatur ita fuisse tentum in una Tarracens. pensio. 15. Novemb. 1593. coram Gypso, & faciunt ea quæ latè à nobis dicta sunt supra 2. part. in cap. 10. dum egimus, quando sit deferendum appellationi ab inhibitione. 23 Sed quia multoties ex modo procedendi in exigendis pensionibus solet qualitas, ac natura rei alterari, seu variari, ita ut sententia appellabilis (ut diximus) inappellabilis efficiatur, ideo aliqua utilia & necessaria annexere libuit, ex quibus interdum unum, tum aliud cognoscere queas, illo supposito, quod aliquando à possessore beneficii, contra quem dirigitur exercitio literarum: legitimam aliquam opponi exceptionem, quæ si admitteretur, ut talis impediret executionem, sive quia gratia est subreptitia, & auditor Camerae est incompetens, ac per consequens ejus subexecutor, vel exceptio, quæ oritur ex ventre, seu natura ipsius gratiæ, tacite, vel expresse, purè, vel conditionaliter, quæ allegata, & opposita, falsim incontinenti, & summarie apparet, & constat (seclusa calumnia) tunc executor auditor vel ejus subexecutor excedit si eam non admittens, exequatur, & ab eo potest appellari quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum, probat Gigas in tract. de pension. d. q. 95. cum Fel. notat Amil. Beral. decis. 333. p. 1. & idem Gigas q. 70. Hier. Gratian. consil. 36. per tot. lib. 2. & cum Gigante d. c. 95. n. 5. idem dicit Marefcot. variar. resol. l. 1. c. 19. num. fin. ubi de excessu executoris loquitur, Flores de Mena in pract. q. 12. n. 44. qui n. 46. ad nostrum propositum dicit, quod si oppressus pro hujusmodi appellationis delatione ad suprema tribunalia occurrat, vim fieri declarabitur, & innovata post eam Senatores reponi jubebunt, 25 quoniam hac directa via aperta, auditori camerae servatur illæsa jurisdictione, autoritas, & obedientia debita maxime Gregorius XIII. in Bulla proprio motu, quæ est inter collectas 9. non dat auditori jurisdictionem in prima instantia excedendo metas, & formam rescripti, Rotaque executionis tramitem, & ut nos alibi Deo dante diximus, infra 5. p. cap. fin. Verùm executioni Bullarum pensionis pariter locus non erit, nec etiam clausula (sine retardatione aut sine præjudicio legitimæ executionis) effectum suum operabitur, quoties ex ventre literarum constat, & apparet ex ejus inspectione vitium seu nullitas pensionis, seu aliqua alia exceptio, quæ hanc impediatur executionem illarum, Rota decis. 310. num. 3. fuit tentum, p. 1. divers. Gomef. in compend. signat. n. 85. & 86. Sarnier. in compend. signat. n. 84. Anton. Augustinus de clausul. sine retardatione, in princ. Cassiodor. decis. 10. de rescript. Achil. decis. 4. in fin. eod. tit. Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. canon. rubr. 1. n. 13. n. 286. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 21. num. 7. ubi allegat Gigantem de pension. q. 85. n. 10. & idem Marefcotus q. 22. n. 18. & segg. qui alios, contrarium tenentes recenset, qui n. 23. optime declarat, ut clausula non procedat, nisi pro summa contenta in sententia, ut fuit resolutum in una Romana pensionis 23. Maii 1576. coram Blanchetto, quæ habetur in decis. 310. p. 3. divers. for.

Et ista conclusio, qua dixi, exceptionem ortam ex ventre Bullæ illius executionem impedire, intelligitur quando gratia est conditionalis; cum hoc casu vitium, seu exceptio nullitatis dicatur oriri ex ventre literarum, & non aliàs, ita declarat Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 22. n. 19. & nos diximus inferius, & ipse c. 21. n. 9. post alios, quos allegat. Secundo declaratur, nisi adsit quasi possessio exigendi pensionem, quia tunc non obstante, quod exceptio oriatur ex ventre bullæ, effectus d. clausulæ (sine retardatione) non impeditur, Cassiodor. decis. 10. nu. 8. de rescriptis. Veltrius in praxi lib. 3. cap. ult. n. 1. Puteus decis. 585. n. 4. lib. 1. Marefcot. variar. resol. lib. 1. cap. 21. num. 10. & 22. n. 20. quibus locis testatur, ita fuisse tentum per Rotam in una Burgen. pensionis 19. Februarii 1596. coram Blanchetto, & in una Sabinens. pensionis 30 coram Mantica ibi allegata, & hoc ultimum bene limitat ipse Marefcot. d. cap. 21. & 22. nisi ipsa possessio esset turbida, & non clara, vel pensio soluta fuisset per compulsionem, & metu censurarum, ad quod plures Rota decisiones adducit in comprobationem, ut tunc non constituat eum in quasi possessione. Igitur quando executive agitur, auditor camerae (executor literarum executorialium) postquam sibi sint literæ præsentatæ, procedit vel per viam monitorii usque ad mandatum executivum, vel per viam processus, fulminando censuras secundum tenorem Bullæ, & committendo publicationem omnibus & singulis, & cum clausula (cæterum) Octavia. Veltrius in praxi Romana Curia lib. 2. c. 4. à princ. Camillus Plautius in tract. de pension. Episcop. à num. 27. fol. 534. tom. 5. tractatum novorum, Mandof. in tract. Domini quest. 31. cum segg. & q. 76. & ille subexecutor virtute clausulæ (cæterum processibus fulminatis, &c.) debet esse Canonicus Cathedralis vel aliàs in dignitate constitutus, quia est mixtus, licet summariam & executivam habeat causæ cognitionem, & formam mandati, ut in terminis advertit Ferretus conf. 5. & Navar. in cap. cum coningat. de rescrip. 3. causa nulli. Et cum primum præsentantur prædictæ literæ tam gratiosæ, quàm rigorosæ, seu executoriæ, & si vigore dictæ clausulæ (cæterum) sumitur iudex, simul præsentatur prædictus processus fulminatus, vel dumtaxat ipse processus in quo literæ sunt insertæ, quibus præsentatis, pensionario petenti mandatum seu monitorium contra possessorem beneficii, pensione gravati, pro tot ducati, &c. executor jubet dari, literis insertis, vel prædicto processu, ejus virtute assumptus iudex, quod quidem mandatum continet ut possessor infra 6. dies, vel alium brevem terminum pensionario tot ducatus debitos solvat, sub excommunicationis sententiis, censuris, & pœnis, & infra eundem terminum doceat de solutione, & partitione, & alioquin dicto termino compareat, ad videndum se incidisse in excommunicationem, aliasque sententias, censuras, & pœnas prædictas declarari, facta citatione ad omnes, & singulos actus executionis aggravationem, & reaggravationem, cum communicatione, seu certificatione, quod si comparuerit, sive non, ad prædicta & alia, quæ iustitia suadeat, ejus absentia, seu contumacia non obstante procedat, &c. Hoc igitur monitorio, & mandato intimato, aut agitur contra possessorem, qui consentit pensioni, & tunc servatis terminis de stylo curiæ servari solitis, aut accusata contumacia, nisi compareat statim absque alia verificatione (est reservatio fuerit conditionalis) datur sententia declaratoria, facta condemnatione pensarum, servata taxatione, ut latius videre poteris ex Garcia de benef. 1. p. cap. 5. num. 532. cum segg. & plures allegans Flores de Mena ubi supra num. 24. Si verò reservatio est conditionalis, aut possessor, contra quem agitur, is idem non est, qui consentit pensioni, debet pensio-

pensionarius coram executore ostendere, & probare, se esse in quasi possessione, exigendi dictam pensionem, quo quidem relevatur ab onere justificandi literas; alioquin verò illas tenetur justificare, earumque narrativam, aut conditionem verificare, ex his, quæ ipse Garcia supra nu. 539. & 6. part. c. 2. dub. 11. Flores de Mena supra n. 26. & segg. ubi dicit cum Mandosio, Cassiodoro, Gomefio, & aliis, quod sufficere monitorium auditoris in eerd tenore gratiæ, quoad faciendam executionem in bonis ipsius successoris, non tamen ad eum declarandum, incidisse in excommunicationem & pœnas Bullæ, nisi ei intimeretur, ut latius ibi per eum. 37 Et ex quo ille, qui est absens à loco iudicis, fuit citatus ad totam causam, & est contumax, alia non erit facienda citatio. Specula. 2. p. tit. de citatione §. viso n. 4. & 5. & ibi Joan. Andr. in addi. verbo incumbit. Nicol. Milis verbo citatus specialiter ad unum Abb. in c. fin. de dilationibus num. 9. & segg. Vantius in tract. de null. ex defectu citationis, à n. 101. Maranta de ord. jud. 6. p. tit. de citatione n. 118. Gravatus ad Veltrium lib. 4. c. 4. n. 15. & 38 Rota decis. 8. de rescribis alias 93. in novis ad fin. ubi dicit, quod partes sunt citandæ ad totam causam inclusive, & citationes, quæ postea fuerint in curia per audientiam contradicatarum, seu aliàs, potius sunt de urbanitate, quàm de necessitate, & rigore juris, ut tradit Hieron. Gonzal. in gloss. 9. in annot. n. 74. 39 Et tamen si citatus comparens allegaverit contra executionem aliquam legitimam exceptionem, velut solutionis, remissionis pensionis, aut redemptionis, factæ autoritate Papæ, vel similem aliam notoriam, seu evidentem, quæ incontinenti posset probari, nec longiori indagine indigeret, & tunc debet iudex brevem terminum ei assignare, cum sit incontinenti probanda, non decem dies, quæ in Hispania conceduntur executatis, sed majorem, vel minorem, prout iudex arbitrabitur Hieron. Gigas in tract. de pen. quest. fin. n. 20. & per totam, & etiam per Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 9. & 12. Contad. in l. unica C. si de momen. lim. 12. Massa Gallesius de obligatione Came. 4. part. q. 1. Garcia d. c. 5. 40 n. 544. & segg. Flores de Mena d. q. 12. n. 32. ubi dicunt, quod si exceptiones oppositæ requirant altiore indaginem, reserventur iudicio ordinario. 41 Unum non omittam examinare, an exceptio litispendentiæ in via ordinaria inter possessorem seu Rectorem gravatum, vel super reformatione pensionis, vel super nullitate, opposita coram auditore camerae, aut subexecutore in partibus, à dicto vigore clausulæ (cæterum) procedente ad executionem per viam monitorii, & reintegrationis, vel per viam declarationis incursum censuram (ut dictum est) an eadem executionem debeat impedire Brevis negativè respondeo, imò ea non obstante potest executor ad ultetiora procedere, sive quando dicta lis pendet ex vi commissionis Pontificis cum clausula ordinaria (sine retardatione solutionis pensionis) ut per Rebuff. in tract. de pacificis possess. nu. 156. & per Hieronym. Gigan. supra qu. 69. notat Octav. Veltrius in praxi Romana Curia lib. 3. c. fi. n. 1. & idem Gig. q. 85. & 47. Camillus Plautius in tract. de pension. n. 2. Lancelot. Robert. de attent. 2. p. c. 10. n. 38. & c. 17. n. 60. & 92. idem Gigas q. 39. Fabius decis. 182. in una 3. part. divers. & post Marquessa. & plures Rota decisiones tenet Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. can. rubr. 11. cap. 13. num. 285. Staphil. de liter. just. §. in primis nu. 85. Guigas quest. 62. n. 12. Marefcot. ubi bene explicat lib. 1. variar. resol. cap. 21. à n. 1. qui testatur hic fuisse dictum in una Cusentina pensionis 6. Novemb. 1596. coram Corduba, in una Romana pensionis, sub die 18. Junii 1597. coram Pamphilo, & alias plures, quas adducit num. 2. qui dicunt dictam clausulam hoc casu apponi duplici ratione, prima ad observandum fraudibus, & malitiis, solvere recu-

sentium: altera est propter honorem Papæ, ne scilicet ejus literæ, in quibus pensio mandatur solvi, careant obedientia. In tantum, quod si pensionarius transfulerit pensionem (quam vigore literarum transferre poterat) & titularis dicat, non rectè translata fuisse, & petat committi causam super nullitate, datur hæc clausula, licet translatus nunquam pensionem perceperit, dummodo tamen transferens fuerit in quasi possessione exigendi pensionem, Ant. August. de pension. tit. de translata. vens. clausula sine retardatione n. 3. Marefcot. ubi proxime d. cap. 21. n. 4. qui testatur, ita fuisse dictum in una Bononien. pension. 17. Maii coram Cardin. Melino. Plures Doctores in proposito adducit, eleganter loquitur Marquessa de commission. 1. p. cap. 14. nu. 71. & 72. fol. 140. qui post alios loquitur in utroque casu, sive adsit quasi possessio exigendi, sive non, dummodo facultas Papæ translationis doceatur. Cui convenit doctrina Innocentii in cap. cum super, de causis post. & prop. quod novo beneficii possessori competunt omnia remedia possessoria pro rebus spectantibus ad beneficium, etiamsi nunquam fuisset in possessione illarum; dummodo prædecessor fuerit in possessione. Rota in novis. decis. 4. Rebuffus in d. c. cum super pag. 225. col. 2. vers. & ideo in illo text. facit l. fin. tit. 28. p. 3. Mieres de major. 3. part. quest. 6. n. 34. in noviori impressione, & quæ dixi 2. p. cap. 9. à num. 89. Et quando in translatione pensionis sit rescribendum cum dicta clausula, vide latè per Marquess. ubi proxime à n. 58. ubi plurimos citat Marefcot. d. c. 21. n. 17. etiamsi titularis unam pro se habeat sententiam, vide latè Marefcot. d. lib. 1. cap. 22. n. 5. & cap. 21. n. 6. Sive etiam coram iudice ordinario præfata lis de reformatione, seu de nullitate pendeat, & absque commissione, vel cum ea absque clausula, quoniam adhuc dicta exceptio litis pendentiæ non impedit viam executivam literarum, ut ultra supradictos tenet Flores de Mena in d. quest. 12. num. 31. sequitur eum, ejus verba referens, Garcia de benef. d. cap. 5. nu. 225. qui addit, etsi ordinarius executores inhibuisset, quia non potest, cum sit inferior. Nam dicta clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quæ apponi solet in commissione appellationis super causa reductionis vel nullitatis pensionis ob reverentiam literarum Apostolicarum, & calumnias debitorum, ut ex his quæ Flamin. Paris. de resign. lib. 6. quest. 2. nu. 153. Gigas c. 35. nu. 9. Rebuff. de pacificis possess. n. 156. Gambara lib. 6. 47 quest. 17. & 36. quæ clausula cum limitet, & suspendat jurisdictionem, quæ datur iudici commissario, Caesar de Grassis decis. 101. num. 1. & importet conditionem; aded ut iudex non possit procedere nisi prius soluta pensione, tenent Pontan. de alimen. cap. 19. n. 4. Marquess. de commission. c. 4. nu. 56. Gomefius in compendio utriusque signature vers. confirmatur ista opinio. Rota decis. 816. l. 3. part. 3. diversorum, quod & adhuc procedit, ut etiam facta inhibitione virtute talis commissionis Lancelot. de attent. 2. p. c. 17. n. 64. vers. circa script. idem c. 20. ampliatione 1. n. 28. nam illa clausula enervat vim, & effectum inhibitionis, & inhibito censetur facta stante dicta conditione, prout in commissione, & intelligitur repetita. Mandof. de inhib. q. 30. & 82. idem Lancelot. cap. 20. ampliat. 11. n. 28. Caesar de Grassis decis. 96. n. 4. Gonzal. de alter. gloss. 9. in annota. n. 214. & superius diximus, quod aliter erit dicendum, & intelligendum, quando dicta clausula in commissione prædicta non adest: nam tunc exceptio litis pendentiæ super nullitate, aut reductione opposita executioni, ejus progressum impediatur, ut ex aliis pluribus notat Nicol. Garcia de benef. 1. p. c. 5. n. 523. vide sup. num. 41. Hoc autem, quod de exceptione nullitatis diximus, ita erit intelligendum, ut si non sit notoria, ac evidenter

ter de ea constat, sed requirat altiore indagine, sive cum ex litis pendentia simul sive ipsa sola apponatur executioni; utique oblat non tenetur, ex his, quæ per Bart. & Ripam in l. 4. §. *condemnatum*, de re judic. Lancelot. de attent. tit. de attent. nullitate pendente, & nos his quæ sursum diximus, & inferius in cap. 9. ubi latè, sicut puta quando nullitas versatur circa extrinseca gratiæ pensionis, videlicet: quando pensio fuit reservata ex causa resignationis aut cessionis juris, & litis, & disputatur de titulo, & juribus resignantis, vel de validitate concordatiæ, quæ non impediunt, sed reservantur iudicio ordinario, & procedunt Doctores supra secundum Flores de Men. d. *quæst. 12. nu. 32.* quem in hoc sequitur Garcia supra num. 546. & quod d. exceptio debeat incontinenti constare, post alios tenet Joan. Hieron. Campan. *divers. jur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 286.* post alios quos citat.

54 An verò quando prædicta nullitas versatur circa intrinseca ipsius gratiæ; nempe, circa ejus surreptionem: vel obreptionem; scilicet quia impetrans non fecit mentionem de alia pensione prius constituta, quia tunc secunda impositio nulla iudicatur, & subreptitia, ut per Cacciaup. in tract. de pensionib. decis. 3. Petrum Gambarà 6. part. n. 127. Paul. Emil. Veral. *decis. 310. & 311. 55 n. 4. & 311. lib. 2.* & hæc est legitima exceptio ad impediendum executionem, quia efficit executorem omnino iudicem competentem, ut concludit Hieron. Guigas de pens. *quæst. fin. n. 13.* & per eum eleganter quidem dicit Flores de Mena ubi supra n. 33. circa apud æquivoce loquitur Nicol. Garcia de benef. 1. part. d. cap. 5. n. 546. ex ejus verbis, vix aperte colligi potest; an contra Menam respondeat, quod si faciat, & respondet ad Gigantem allegatum, & dicat, ut ille se declarat, n. 21. profectò Gigas ibi melius ad propositum opinionis Flores de Mena loquitur applicans validissima fundamenta, nullo autem pro sua usus est Garcia.

56 Nam cum licet reservationis pensionis de stylo Curia regulentur secundum naturam literarum beneficiorum, ut testatur Gigas num. 13. & ideo, prout ipse 57 arguit, si surreptio vitiat gratiam, literæ sunt ipso jure nullæ, c. ad audientiam el. 2. de rescriptis. & datio executoris in illis contenta, etiam nulla est, nec per illas aliqua tribuitur iurisdictio executori, secundum Ab. & Immol. per text. ibi, in cap. cum in nostris de concess. præbend. Felin. in cap. fin. *quæst. penult. de præsumpt.* idem in d. c. ad audientiam 1. *vers. literæ beneficiales non dant jus*, &c. latissime Menoch. de arb. lib. 2. cent. 1. casu 201. à princ. & facit cap. si super gratia de rescriptis lib. 6. igitur bene concludere, dicendum est, Gigantem & Menam, quia cum auditor non sit iudex competens, si surreptio coram eo, vel sub executoris allegatur, non poterit ad executionem procedere, lite super dicta surreptione, & nullitate pendente, nam aliàs hæc cum sit legitima exceptio, executor non admittens excedet notoriè, ac propterea appellans decretum violentiæ obtinebit, & reponet attentata, ut supra dixi.

58 Nec est bona illatio, nec bonum argumentum, quod aliàs facit ipse Nicolaus Garcia videlicet num. 560. cum seqq. ubi dicit quòd exceptio nempe, quòd beneficium erat gravatum alia interiori pensione, non impedit executionem literarum ultimæ pensionis regulariter, nam quamvis certum sit, ipsam non valere ipso jure, si de prima mentio facta non fuit, etiam si motu proprio reservata sit, ex Cassiadi. Caputa Mohedano, Mandosio, Flaminio Parisio, & aliis, etiam si prior sit conditionalis: tamen dicit ille, cum excipiens tenetur probare, quod tempore secundæ, prima erat reservata, & quod erat valida secundum Caputa dec. 301. Flamin. Paris. de resig. lib. 6. qu. 2. à n. 40. Cota dec. 110. & 107. ista exceptio requirit altiore indagine. Sed gemitor tanti viri, hanc namque, quis opponere incontinenti intra terminum datum à iudice non verificabit; imò brevissimum, cum probata sit ex datis utriusque Bullæ dumtaxat; & sic non sequitur, aliqua exceptio requirit probationem, ergo requirit altiore indagine, quoniam, ut supra diximus ad hoc dumtaxat datur à iudice executori terminus, licet brevis, ejus arbitrio, ut apposita exceptio intra illum probetur, & sic nihil mirum, ut contra ipsam fortiter tenendum sit.

Et contra opinionem Nicolai Garciae doctrina Marcoti variat. *resol. 1. c. 21. n. 5.* urget, ubi dicit, quòd si tertius habens pensionem super beneficio, & petat committi causam nullitatis prioris pensionis, et si allegetur paupertas prioris pensionarii: exigetur cautio juxta l. is à quo ff. de rei vend. quia ut ipse dicit post Ab. & alios in cap. veniens, de testib. locum habet etiam in beneficialibus.

Quid autem dicendum est de exceptione reductionis pensionis, quando ex ventre ipsius Bullæ provenit conditionaliter; nempe; dummodo tantam partem remaneat, vel, centum pro Rectore, &c. In quo dicendum est, quod ista exceptio admittenda est, ad impediendam executionem, ex quo oritur ex ventre supplicationis; etiam si non probetur incontinenti, ut determinavit Rota in una Ravenaten. transactionis 22. Junii 1592. quam ad id tradit literaliter Garcia supra n. 489. cum seqq. & supra, in qua fuit resolutum, quòd exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti; etiam si requirat altiore indagine, in quocumque iudicio admittitur, etiam ad impediendam executionem obligationis Cameralis, Cassiador. *decis. 10. n. 2. d. de rescriptis.* Sarnenius in compendio signatura n. 84. & seqq. Acorambonus *decis. 36. l. 1. Tiraquel. de retr. lignag. 4. gl. 1. n. 4.* Gallestus ad obligationem in forma Camera 4. p. formula 1. *quæst. n. 8.* & alias etiam decisiones Rotæ ibi Garcia refert, & ex aliis pluribus latè supra probavimus.

Maximè, quia reservatio pensionis cum illa clausula (dummodo remaneant centum pro Rectore, seu mille pro Episcopo, vel dummodo tantam partem fructuum non excedat) est conditionalis, de qua in primis, & ante omnia constare debet, & verificari, sive ordinariè, sive executivè agatur, ut latè ex his, quæ cumulat Nicolaus Garcia, plures allegans, d. cap. 5. à n. 485. Cassiador. *decis. 10. de rescriptis.* Gigas *quæst. 85. n. 10.* idem *quæst. fin. n. 15.* & plures decisiones Rotæ in hoc propositum, ad literam refert Garcia supra à n. 464. cum pluribus seqq. latè etiam plures Doctores, ac Rotæ decisiones in proposito congestit Marchessa, de commiss. 1. p. cap. 14. n. 45. fol. 137. & latè etiam eod. c. 14. 66 quod est additamentum n. 79. cum seqq. fol. 153. & ex Gomezio in Compendio utriusque signaturæ dicit Flores de Mena d. q. 12. n. 42. quòd si gratia pensionis aliquas qualitates, aut conditiones contineat: non potest executivè executor procedere, nisi prius verificatis præfatis qualitatibus, & si contradictorium iudicium, & viam ordinariam requirant, quia tunc auditor tenetur assumere partes iudicis, ex Felin. in fin. de præsumptio. remittendæ sunt ordinario in prima instantia ex dispositione Concilii Tridentini, ut pariter sit dicendum, quando Rector onere pensionis gravatus per longum tempus; puta, per decennium pensionem non solveret, & hac exceptione opposita causas apparentes non solutionis allegando (remissa causa ordinario) non potest auditor, & executor contra eum procedere via executiva, nec tunc commissio appellationis datur cum supradicta clausula (sine retardatione solutionis pensionis) ob præsumptionem quæ viget in ejus favorem, ut notat Gigas d. *quæst. 85. num. 2.* & per Gomezium ubi proxime. Flores de Mena n. 41. plures in proposito citat, & sequitur Marqueffa. de commissio. part. 1. cap. 14. el. 2. n. 42. fol. 148. & hac ratione vim facere subexecutorem in partibus non deferentem appellationi declaratum vidi.

Item

70 Item legitima reputatur exceptio, ad impediendam Bullæ pensionis executionem: quando ipsa imposita fuit super duobus beneficiis, aut pluribus, quæ postmodum devenere ad diversas personas, & possessores: quia scilicet non tenentur ad dictam pensionem in solidum, sed pro rata tantum, quo casu cum pensio non possit dici liquida; donec iudex cognoscat, quæ sit rata portionis, quæ tangit unumquemque, & discutiat valorem omnium beneficiorum; ideo tanquam exceptio executionis legitima reputatur, quare non rescribitur etiam cum clausula (sine præiudicio legitime executionis) vel (sine retardatione, &c.) ita tenent Anton. Aug. de solut. pensio. n. 2. Sarnen. in compendio signaturæ n. 88. *vers. est & alius casus.* Gigas de pensio q. 85. n. 5. & ex constitutis, & illis Abb. Innocen. de religiof. domi. conclusit. Rota adducta per Sarnen. ubi proxime Paleot. dec. 304. in manuscriptis. Paris. de resig. benefic. lib. 6. q. 4. n. 47. Joan Hieron. Campanil. *divers. jur. can. rubr. 11. c. 13. n. 287. fol. 362.* Marefcot. *variis. resolut. lib. 1. c. 21. nu. 16.* ubi testatur sic fuisse resolutum in Rota in una Segobien. pensionis coram Cardin. Seraph. sub die 19. April. 1602.

72 Rursus si citatus vigore monitorii comparens opposuerit prædecessorem consentientem pensionis reservationi, non habuisse bonum jus, nec possessionem beneficii, quamvis pensionarius adstringatur ad verificationem illius, hoc procedit, quando agitur via ordinaria: secus autem, quando via executiva, quia tunc isthæc exceptio executionem non impedit opposita, 73 ita Rebuff. de pacificis possess. n. 156. alias 137. quem ita intelligit Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 515. quem vide à n. 511. ubi agit, an, & quando pensionarius bonum jus consentientis teneatur verificare, & quando translatarius pensioni teneatur iustificare jus & titulum transferentis sui antecessoris, latè per Marefcot. *variis. resolut. lib. 1. c. 22. à n. 24.*

75 Aliter itaque iudicandum erit de exceptione, à citato opposita; nempe se non possidere beneficium, super quo pensio reservata est; quia hæc, ut legitima admittenda est, ut probat Bucca, in tract. de stylo curia audito. Camera cap. 22. *vers. quia sibi.* Salustius Tiberius in praxi auditor. Camera lib. 3. cap. 3. n. 6. Sequitur Nicol. Garcia supra nu. 567. qui quamvis numeris sequentibus dubiet an ipse pensionarius teneatur verificare, reum conventum successisse in dicto beneficio, & ipsum percepisse fructus, vel stetit per eum, quominus illos percepisset, anteaquam reus id asserat: tamen quando executoris id opponit, nemini dubium est ipsum teneri legitimitate, cum est de substantia iudicii, & executionis.

77 Quibus adde, quòd exceptio extinctionis pensionis, per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem pensionis, imò, ea non obstante, declarandus est titularis; si non solvit, quia requirit altiore indagine, cum Monachus ex dispensatione possit pensionem retinere, & sic de ea prius est in iudicio ordinario cognoscendum, & iudicandum, ut tenent Caputaq. *decis. 821. p. 1. & dec. 223. & 317. p. 2.* Guidobonus *decis. 138.* & ita pariter terminavit Rota, cujus decisionem literaliter refert Nicol. Garcia d. p. 1. c. 5. n. 548. ubi id infirmat in exceptione extinctionis per matrimonium subsecutum, allegans alias decisiones, quas quidem omnes & bene ipse à n. 553. intelligit, & declarat; ut locum habeant in casu, de quo loquuntur, nempe quando post contractum matrimonii, vel professionem, pensionarius permansit in quasi professione exigendi pensionem, aut etiam quando pensionarius post matrimonium ostendit dispensationem; quamvis intricatam, & non claram: 79 quia tunc interim dum in iudicio ordinario de ea extinctione non iudicetur, solutio pensionis differenda non est, quo deficiente (dicit ille) ista exceptio ex-

inctionis relevans est probata incontinenti, & intra brevem terminum, ab executore assignatum: cum non requirat altiore indagine, sed sit clara, & excludat pensionem, & pensionarium, ex Vicamef. *conf. 284.* & ibi latè profequitur hunc discursum.

Et quando exceptio requirit altiore indagine, 80 relinquatur arbitrio iudicis, regulato tamen ex his quæ longa manu cumulavit Menoch. de arbitrar. casu 20. & de recuperanda possessione rem. 1. q. 21. Contard. in *Laurica lim. 12. C. si de mom. poss. Rota dec. 57. n. 3. p. 2. divers.* ibid. Menoch. lib. 2. casu 9. & 12. & de his etiam regulato quæ hucusque diximus, & plures exceptiones alias quæ executioni possunt opponi, vide per Gigantem de pensio. q. fin.

Memineris tamen, quod dicit Flores de Mena in 82 *pract. d. quæst. 12. n. 25.* cum Camelio Plautio in tract. de pensioni. *Episcop. ad n. 27. fol. 534. tom. 5. tract. novorum;* quod sub executoris vigore clausulæ (cæterum non possit procedere executivè contra bona debentis pensionem, quia hoc sibi commissum non est: sed solum potest publicare censuras fulminatas ab auditore Camera in casu non solutionis, & denunciare debitorem excommunicatum & præcipere aliis: ut eum denuntient, & evitent, aliàs excederet, & possit propterea ab eo appellari, quia meritò contra eos resolvit Nicolaus Garcia ubi supra 1. p. c. 5. n. 185. & sursum. ex eo quòd executor auditor committit illi suas vires absolutè pro executione pensionis, prout ipse Flores de Mena sentire videtur, nu. 30. quod corroboratus ex eo, quod superius diximus, ideo hunc subexecutorem debere esse in dignitate constitutum; quia mixtus est, non merus executor.

Sis & illius sententiæ memor: quòd cum ad denuntiationem & publicationem excommunicationis huiusmodi requiratur prævia declaratoria illius, ad Gigantem qu. 78. num. 4. ut nec ex eo causa efficitur appellabilis, cum sit executiva, secundum Nicolaum Garcia d. c. 5. n. 586. contra Camillum Plautium loco proxime citato, nec ab huiusmodi declaratoria appellationi interpositæ non deferens vim faciet, executor, & ultra Nicol. Garcia idem affirmat Marquet. de commiss. 1. p. 85 c. 14. n. 1. quòd commissio appellationis à declaratoria censurarum litarum pro executione literarum Apost. nisi cum clausula (parito brevi) quia appellatio à declaratoria lata vigore processus executivi, cum careat suspensivo effectu, nisi cum dicta clausula non rescribitur, ne suspendatur, & impeditur executio literarum, allegat etiam Cassiadorum *decis. 10. de rescriptis.* Staphil. de iter. iustitia c. prædicta nu. 13. Putcum dec. 41. p. 1. quia cum declaratoria incidat in iudicio executivo, præcisè debet ejus natura vestiri, propria amissa, cap. *accessorium de regul. jur. lib. 6.* Et quia cum causa 86 est executiva, omnes ejus articuli sunt executivi, ut pluries dixi, & vide quæ nos latius infra lib. 4. c. 5. de compulso, *vers. circa quod notab. adverte, &c. à nu. 60.* cum seqq. de quo articulo etiam latè & luculenter diximus supra lib. 2. c. 3. per tot.

Et amplius circa ea quæ dixi supra, adverte quòd 87 quando fructus Parochiales deciderunt in diminutionem post reservationem pensionis factam; potest peti reductio, & ejus reformatio coram ordinario sine speciali rescripto, & commissione Papæ, etiam si pensio fuerit reservata per ipsum Papam, quia intelligitur rebus sic stantibus, Decius *conf. 335.* Aymon. *conf. 195. n. 4.* Tiraq. in *hij unquam de revoca. doc. in princ. à n. 166. 88 & 161.* Gutier. de jura. confirm. 1. part. cap. 71. nu. 6. quando verò à principio isthæc reservatio per Papam facta fuerit excessiva, quia tunc de ejus reformatione non potest tractari per ordinarium, nec legatum, nec alium iudicem nisi ex speciali rescripto Papæ, videndus Garcia d. c. 5. n. 440. & 441. & superius 368. ubi etiam agit in qua quantitate pensio reservanda sit,